Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



85

derent in honore dei sibi seruiri. et non superflu-
itate sua contristent fratres suos seruientes sibi.
Qui tamen patienter portandi sunt. quia de talibus co-
piosior merces acquiritur. Ergo cura maxi-
ma sit abbati. ne aliquam negligentiam patian-
tur: Quibus fratribus infirmis sit cella super se de-
putata. et seruitor timens deum. et diligens
ac sollicitus. Balnearum usus infirmis quoti-
es expedit offeratur. sanis autem et maxime iu-
uenibus tardius concedatur. Sed et carnium esus in-
firmis omnino debilibus pro reparatione con-
cedatur. At ubi meliorati fuerint. a car-
nibus more solito abstineant omnes. Curam
autem maximam habeat abbas. ne a cellera-
riis aut seruitoribus negligantur infirmi.
quia ad ipsum respicit. quicquid a discipulis de-
linquitur. De senibus uel infantibus.
Licet ipsa natura humana tra-
hatur ad misericordiam in his etatibus.